



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniae, 1611

[Primvs. Accomodatè ad Dei beneficia.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

4. Si non habeat propositum abstinēdi ab aliquo peccato mortali.
5. Si sit excommunicatus, nec curet se prius absolui.
6. Quando, dum habet res magni momenti, eligit Confessarium iudem, carum rerum ignarum.

MODI VARIORUM ORATIONEM

Dominicam cum deuotione recitandi.

PRIMVS.

Accommodatè ad Dei beneficia.

PATER NOSTER.

O Pater, qui me nondum in reuoluta natura existentem, summi boni capacem condidisti, licet scires quàm ingratus essem futurus: deinde ià perditum, sanguine & vtraque dilectissimi filij tui redemisti, quid pro talibus, tantisque beneficijs, quibus super me miserum creaturam pluisti, rependam?

QUIES IN COELIS.

Pro me cœlos condidisti, in quibus & continenter meum aduentum expectas. Vt autem hæres cœlorum esse, filium tuum in terram venire voluisti, ibique

ibiq; totos triginta tres annos, in tanta paupertate, doloribus, & afflictionibus viuere. Quid verò pro hoc tanto beneficio reddam Pater liberalissimè?

SANCTIFICETVR NOMEN
TVVM.

Tu me capacem fecisti ad sanctum nomen tuum collaudandum, quòd Angelorum officium est. Sancto quoque nomine tuo me honorasti, vocando me Christianū, hoc est, filium Dei, & hæredem cœli, cum non ignorares quàm tali nomine indignus, & à laudibus diuinis alienus essem. Me fecisti fratrem (vel sororem) Iesu, quem in medio duorum latronum crucifigi voluisti, vt ego nomen tuum laudare possem in medio Angelorum. Quas referam gratias pro tanto beneficio, tam ingrata, indignè, & miserabili creaturæ præstito ô Pater sanctissime!

ADVENIAT REGNUM TVVM.

Tu, vt me faceres Regem cœli, voluisti filium tuum assumere formam serui pauperis, vilis, & abiecti, nasci in stabulo, multas noctes diesque agere in deserto, conuersari cum hominibus infamibus, lauare pedes piscatoribus, conculcari à toto mundo, & mori suspensum

iam

208 DE FREQUENT.
in cruce. Quid tibi rependam pro hoc
beneficio, Pater dulcissime?

FIAT VOLUNTAS TUA.

Tu, ut ego facerem voluntatem tuam,
voluisti filium tuum obsequi voluntati
hominum, obediendo usque ad mortem
cruce: verum quid aliud fuit vita mea,
quam, semper tuæ voluntati repugnare
meamque impiam & infelicem volun-
tatem perficere? & tamen tanto tempo-
re me tolerasti. O Pater patientissime!
quid tibi hac de causa retribuam?

PANEM NOSTRUM QUOTI-
DIANVM DA NOBIS,
HODIE.

Quid tibi rependam pro institutio-
ne S. Sacramenti? Nam si considerem
personam, quæ illud instituit: ea fuit di-
uinissimus tuus filius. At pro quibus in-
stituit? pro me, quem sciebat tam male,
indignè, tepidè, & in deuotè illo usurum.
Tempus autem institutionis fuit, cum
iam iret ad mortem, quæ tum illi para-
batur, cum ipse nobis præpararet vitam,
qua toti in eum transformaremur, me-
ritorumque suorum participes efficiere-
mur, & hoc cœlesti manna in præsen-
ti mundi deserto continenter reficere-
mur.

COMMVNIONE. 109.

mur, O inauditum amabilissimi Patris beneficium, seruum, nempe, inutilem, indignum, & miserabilem proprii filij carne pascere. Quis vnquam audiuit talia? O Patrem liberalissimum.

ET DIMITTE NOBIS DEBITA
NOSTRA.

Quid dicam de tot debitis, toties, tot modis, tanto amore dimissis? Quid dicam de Sacramento Pœnitentiæ, quo toties pretio sanguinis Christi expiasti animam meam, cum scires me fore ingratiſſimum? Quid dicam quod cum toties instar filij Prodigij domum tuam deseruerim, & in regionem mortis abierim, omnem substantiam meam tuam dilapidarim, tamen toties me in gratiam receperis, multa beuolentia tractaris, & omnia debita mea per te ipsum pretio sanguinis Christi filij tui exsolueris? Quid, inquam, reponam pro hoc beneficio? cum probe noris, me post remissa semel debita, nouis debitis obnoxium fore? quamque durus & crudelis contra sim futurus proximo meo? O Pater clementissime.

ET NE NOS INDUCAS INTENTATIONEM.

Iam.

Iam quid remunerabor, pro tantis auxilijs in tentationibus meis præstitis à peccatis me præservando, quæ incurrissem, nisi diuina manu tua retractus essem? Quod peccatum homo committitur, à me non committendum, nisi diuina tua gratia mihi astitisset? Quoties præceptis ruissem in infernum, nisi à te cohibitus fuisset? Quàm facile à minima quaq; tentatione expugnatus fuisset, si non præstito fuisset tuum subsidium? Quoties me leo rugiens deuorasset, si potentissima dextera tua me non defendisset? O Pater vigilantissime.

SED LIBERANOS A MALO.

Quot malis tam pœnæ, quàm culpe sum à te Pater coelestis liberatus? Quot in inferno iam ardent, qui multò minor peccata commiserunt, quàm ego? Quàm alij multi, quia non tantum tempus vitæ eis fuit concessum? Quot rursum, quia tantam gratiam non habuerunt? Tu me liberaisti à tot morbis, cecitatis, surditatis, lepræ, paralyfis, aliorumq; infinitorum malorum, ob quæ multi seipsi proprijs manibus trucidant, & ex desperatione ultro se in infernū præcipitant. Si carerem oculis, naso, ore, aut manibus, quid non impenderem ad illa habenda? Si

COMMUNIONE. 271

da? Si essem amens, aut apud homines omnes ob furta infamis, quo nō pretio illa redimerem? At quis, ab his, & alijs innumeris malis me liberauit, nisi tu Pater dulcissime? Quid tibi reddam pro hac beneficentia, o amator animæ meæ? Reddam tibi cor meum, amando te, & Patrem te meum recognoscendo. Cor meum semper erit in cœlo, semper sanctum nomen tuum celebrabit, semper erit hospes tuus, semper voluntati tuæ parebit, semper sacratis corpori tuo adhærebit, tolerabit oēs iniurias, nulli peccato cōsentiet, & semper tuum erit in sæcula sæculorum. Amen.

II. MODVS RECITANDI DOMINICAM Orationem.

Q Vi voluerit Dominicam Orationē recitare cum quodā sensu deuotionis, obseruet sequentia.

Primò caueat à nimia festinatione, qua quidam multas orationes recitare solent, cum quadam anxietate celeriter illas absoluendi, & scrupulo peccandi, nisi omnes dixerint: vnde fit, vt nullam rectè dicant, in nulla gustum deuotionis sentiant, sed potius difficultatem, tædium, anxietatem, distractionem, scrupu-